



Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 24. Amator silentij est bono gubernaculo nauis similis: & quomodo
per silentium quidam Ordinis D. Benedicti religiosus ignem extinxerit:
ide[m] & iras mitigat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

num oris signaculo sanctæ crucis muniunt, id quòd dicitur, Zach. 14. 20. *In illa die erit quòd super frenum equi est, sanctum Domino.*

Silenti-
um
est fun-
damentum
virtutis.

Tertium, quòd sit ex virtutum fundamentis, docet D. Ambrosius lib. 1. de Officijs cap. 7. dicens. *Silendi patientia, opportunitas loquendi, contemptus diuitiarum, sunt maxima fundamenta virtutum.* Vide plura infrà cap. 31. num. 2. Vide & præcedentē num. 2.

Quartum est, quòd gratiam conciliet. Hinc Eccli. 32. 9. *Audiat tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.*

CAPVT XXIV.

Amator silentij, est bono gubernaculo nauis similis: & quomodo per se entium quidam ordinis D. Benedicti religiosus ignem extinxerit, idem & iras mitigat.

Ling-
ua vt
nauis
guber-
nacu-

Primum hoc loco est, quòd lingua sit gubernaculo nauis si-

milis

milis, quòd qui rectè dirigit, facile in tutissimum portum deueniet. Sic Iacob. 3. 4. inquit: *Ecce & naues cum magna sint & à ventis validis minentur, circumferuntur à modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit: Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat.* Post pauca verò meminit contentionum, quæ ex lingua oriuntur. Si ergò non attenderis linguæ & silentio, eris Prou. 23 34. *sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo.* Aut gubernaculo; quo amisso necesse est, vt nauis tua periclitetur, & tu cum nauis naufragium patiaris.

Secundùm est, quòd impetù ignis

Silentium impetum ignis extinguit.

extinguat, nõ secùs vt id sancti fecerunt per fidei donù, teste D. Paulo Heb. ii. 34. cuius rei exemplum tradit Thomas Cantipratanus Dominicanus, & Episcopi Cameracensis suffraganeus, qui vixit circa añum

Domini 1278. de quodam Radulpho tacente Benedictino lib. 2. exemplorum cap. 13. sic scribens. Affliginium monasterium Ordinis S. Benedicti in Brabantia religione probatissimum est, & in charitate præcipuum. In hoc cœnobio monachus erat ita silentio deditus, quòd infra sexdecim annos ab ore eius nec vna verbi syllaba per tantum temporis audiretur. Contigit autem, sicut à Monachis ibidem audiuius, vt in claustro grauissimum ignis incendium grassaretur; Tunc idem Monachus, videns humanum auxilium nõ valere, mox se contulit ad diuinum, oransq; paululum in silentio, linguam diu mutam in hæc verba laxauit. Stes ignis hac hora: flamma penitus cõquiescas. Mira res: vni virtutis suæ oblitus est ignis, stetitq; in verbo viri sancti, & flamma protinus est extincta. Hæc ille. Alludit au-

Et or ad id quòd Sapiens de Aarone
& exterminatore qui per incendiũ
vastabat ludæos rebelles, inquit.
Sap. 18. 22. *Verbo illum qui se vexa-
bat, subsecit.* Nota autem quòd il-
lud Affliginiente Monasterium v-
nioni etiam Bursfeldensi in Ger-
mania celeberrimæ, sub eodem
ordine sese coniunxit & submitit
Capitulo annali, año Domini 1524.
in Imperiali Monasterio S. Lutge-
ri in VVerdena celebrato præside
Reuerendo D. Henrico Abbate
Bursfeldensi, com præsidentibus
Reuerendis Dñis Ioanne de Susa-
to Abdinkhouensi, ad cuius sepul-
chrum adhuc Demones eijciuntur,
& Frederico in Steina Abbatibus.

Tertiũ est, quòd hoc ipsum *Rixas*
& in spiritali rixarum & conten- *mitis*
tionum incendio, prælati facere *gar.*
poterunt, cum contentiosis silen-
tium imponunt. Hinc Prou. 26.
10. *Iudicium determinat causas: et*

qui imponit stulto silentiū, iras miti-
gat. Quę & alijs rationib⁹ & medijs,
vt suo loco dicetur, mitigari queūt.

CAPVT XXV.

*Silentium est iustitię cultus, & letitiã offert,
ad tutum portum deducit, malitiã
extinguit.*

*Silen-
tium
iustitię
cultus.*

PRimū est, quòd silentium sit
iustitię cultus, pax & securitas,
atq; si iustitia nulla ratione meliùs
coli queat, quàm silentio & silen-
tij pace & securitate. Hinc Isa. 57.
19. *Creavi fructum labiorum pacem.*
Clariùs autem hæc tria, coniungit
idē Propheta, Isa. 32. 17. dicens. *Et
erit opus iustitię pax, & cultus iustitię
silentiū & securitas usq; in sempiternū.*
Qui enim alienis negotijs sese non
imiscet & de alijs omnib⁹ (nisi cha-
ritas & officium aliud dicitur) ta-
cet, de eo verè potest dici id, quòd
de Christo Domino dicit Psalmi-
sta, Psalm. 75. 3. *Factus est in pace
locus eius.* & de seipso dicere pote-